

Appendix. — Europa Nro. 76.

Regnum Mortuorum.

Commercium literarium vivos inter, et mortuos.

Ad Historiae Deam Clio.

Ex Mundo die 6. Septembris 1808.

Liceat ex Te o Dea! quaerere: Quid causae subversetur, quod ex Historia demonstrare non possimus: cur olim Ovidius ad Pontum Euxinum exulare debuerit? fueritne timor, violentia, aut Politica temporum Augusti?

Quaestionem hanc ex incidenti formo, quia Ephemeridibus aevi nostri, quae ab Historia toto coelo differunt, eadem ponitur objectio. — Ad dubitandum adducor de veritate librorum historicorum, his innixus rationum momentis.

A quo pater mendaciorum in secundum caput Veteris Testamenti ad Protoparentes nostros subintravit, totum genus humanum in morales monetae adulteratores degeneravit. Praeter Poetas, et fabulorum romanensium scriptores, qui ex officio mentiri debent, quorumve moneta adultera, quam obtrudunt, alioquin pro tali duntaxat acceptari consuevit, ab illis praeterea omnibus, plus, minusve decipimur, qui nobis vi officii, tituli, aut professionis veritatem exhibere deberent. Nullatenus hic ad Theologiam alluditur, quod enim nobis Ecclesia credendum proponit, fide implicita, captivantes intellectum nostrum, sine omni scrutatione credere oportet. Politici vi vocationis suae jam Semipoetae sunt: Proclamationes eorum, Pacificationes, et Notae officiosae, ad classem Narrationum amphibologicam spectant, ubi fabulam ab Historia non facile distinxeris. A Philosophis nunquam expectabatur veritas, sed systemata duntaxat, quibus hoc Universum amiciebant, ut artificiosas eorum theorias admiraremur. Horum tamen omnium fraus dissimulari potest, at nequaquam Historicorum; hos enim veridicos esse decet, si autem nos decipiant, nonne longe magis culpabiles, sunt, quam Prophetae, narrantes Historias, quae nondam eveniunt?

Bona fide legimus Historias Populorum omnis aevi; at summa stat probabilitas pro eo, quod 7 eorum, quae narrantur, aut falsae sint, aut plane non evenierint. Historiae originis Nationum orbis universi tantum circiter ha-

bent authenticitatis, quantum Historia originis Regni *Mexici*, in sex tabulis hieroglyphicis adumbrata, quam Gubernatorum hispanicorum unus emerat.

Notum est cuilibet, Terram nostram vix 6000 annis existere, quid quid contra Geologi ex observationibus suis de formatione montium, obtendant. Nihilominus tamen *Pomponius Mela* (Libro I. capit.) asserere audet, convictum se esse de Annaliis aegyptiacorum authenticitate, qui Nationem Aegyptiacam jam ante 15,000 Annos existisse adstruunt. — Observationes Astronomicae *Babyloniorum*, ultra 15,000 Annos procurrunt. — *Phoenicium* tempore adhuc Alexandri M. Historias narrabant, quas ante 30 000 annos evenisse dicebant. — Incolae denique *Hindostaniae*, Historiam Imperii sui, quod 15 milionibus annorum jam existat, nobis appinere volunt.

Relate igitur ad veri nominis Historiam, quae eventus rerum sine additamento exhibere, ipsaque facta, et res indubitatas narrare debet, Historia de origine Populorum, nihil significat. Quam immensum temporis spatium a prima generis humani origine, et respective ab evolutione animali, usque formationem idearum, tonque articulati, et inde rursus usque ad inventam scribendi artem effluxit! Incidit tandem quibusdam, ambiguas has, et obscuras populorum traditiones referre in libros, illudque praeterea addere, quod tempore scriptoris aevi illius venerat. Sed an ideo Historia haec majorem obtinuit authenticitatem? — Inter Veteres certe, quoad morem culturam, et scribendi modum, *Graeci* primo cecebantur loco, qui eruditione celeberrimi erant; et tamen saevi jam *Miltiadis*, et *Leonidae* ancipites haeserunt. an praelium ad *Plataram* serius, aut citius, quam illud ad *Salamini* acciderat? De eo quidem nulli est dubio locus, quod ante nos homines vixerint, quodque illustria, et exilia facinora posuerint, sed de eo, quod facinora haec *sciamus*, merito debitari potest.

Recte illi Historici, qui in narrando audacissimi sunt; qui ita de caractere heroum disserunt, ac si cum *Scipionibus*, *Alexandris*, et *Epaminondis* collegia frequentassent; ita eorum exhibent Orationes, ac si eas auribus suis excepissent, aut scriptibus propriis medio Tachigraphorum Parlamenti Anglicani describi curassent; illi inquam *Taciti*, *Livii*, *Voltairei*, *Humii*, *Robertsones*, *Gibbones* etc. sunt periculosissimi. Quivis chronographus fide dignior est illis.

Semper supponi potest, quod quaelibet Historia, quae argumentationes continet, aut ubi eventus ita ordinantur, ut in oculos incurrant, effectumque aestheticum producant,

partialis
piam de
sub alio
leat, par
historiam
entium v
absolute
unam, a
alis, ma
quenter
contraria
ctum aes

Prac
tanta nor
die refer

Par
peditione
iam Inte
Aga, Du
cia es,
ctus per
embra
Rebelle
Metropo
clausae,
in Europ
solvendi
Ducem,
coriphae
obsequiu
sa, sed
citus nov

In E
bellum s
constanti
erat in 6
rias urbe
ctum, u
stantiam
et per via
per aper
(Dux de
lusia; M
Generali
ragon
erat pra
per plure

partialis sit, et alterutri heroum, de quibus sermo est, quidpiam detractum habeatur. Praeterquam quod Historicus sub alio respectu plerumque rem, ac lector, considerare soleat, partialitas humanae naturae velut insita videtur. Nemo historiam duorum Hottentottarum, aut aliorum duorum entium vivorum, quae ei, antequam narrationem ordiretur, absolute indifferentia erant, narrare potest, quin partem in unam, aut alteram, praesertim si historia sit circumstantialis, magis inclinet. Historicus quippe placere vult, consequenter attentionem excitare, ad individualia descendere, contraria, ut magis elucescant, juxta se ponere, atque affectum aestheticum producere nititur.

Praestant igitur his omnibus Ephemerides, in quibus tanta non desideratur eventuum authenticitas. Quid vero nodie referunt? — En summarium:

Parisiensis Monitor narrat ex Algeria de 23. Julii. Expeditionem, quam Dey Tunitanus praeparaverat, ob exortam Inter milites in castris seditionem adhaerere debuisse. Aga, Dux Copiarum, Dey Constantinensis, praecipui Officiales, et ipse Affinis Dey Tunitani trucidati sunt. Delictus per seditiosos novus Dey, prout etiam complura commembra Gubernii nova nominata, pro quorum installatione Rebelles jam ex castris discesserunt. Fama de hoc eventu Metropolim omnem terrore replevit. Officinae omnes erant clausae, et ipse Dey, cujus personae periculum imminabat, in Europam profugere constituit, et jam in procinctu solvendi ab littore naves constituto, adlatum est nuncio, Ducem, quem Rebelles sibi dederant, et omnes seditionis coriphaeos trucidatos esse, et exercitum priori Dey de novo obsequium spondidisse; atque taliter seditio quidem suppressa, sed non etiam sollicitudo civium, qui cum reditu exercitus novas scenas metuunt.

In Hispania intra unum mensem multa evenerant, quae bellum sero geri annunciant, ubi pars utraque mirabili cum constantia pugnavit. Exercitus Gallicus inde a mense Junio erat in 6. agmina divisus, et propter praesidia, quae in varias urbes illocare debuit, multum attenuatus, ex quo factum, ut singularia haec agmina ad magnam abinvicem distantiam devenirent, ut ut communicationem cum Madrito, et per viam capitalem Bajonnam ducentem, cum Gallia semper apertam conservaverint. Agmen Generalis *Savary* (Dux de Revigo) erat Madriti; Generalis *Dupont* in Andalusia; Marschalli *Moncey* in provinciis meridionalibus; Generalis *Dukesme* in Catalonia; Generalis *Lefebre* in *Aragoniam*; et Marschalli *Bessieres* in Castilia veteri; erat praeterea unum agmen reservale. Marschallus *Bessieres* per plures hebdomades textit veterem Castiliam contra inva-

siones Insurgentium, quibus, praeter praelia singularia, et velitationes, prope ad Valladolid, ubi copiae Insurgentium ex Gallicia, Asturia, et Regno Legionis (Leon) concentratae erant, propemodum internecinam intulit cladem. Persecutus victoriam Bessieres, ingressus est provinciam Legionis, et cum agmine primo penetravit usque ad montium aditus, qui regionem hanc ab Gallia dividunt; verum quia rerum adjuncta exercitum contrahere svaebant, Marschallus Bessieres cum suis ad Burgos rediit, ubi actu consistere dicitur. Generalis *Lefebre* debuisset Arragoniam ab Insurgentibus repurgare, urbemque Saragossam eis erpere, cujus cives in sua pertinacia permanserant, et mitioribus viis ad frugem reduci non poterant, quod ut hoc magis cum successu fiat, accessit ad eum agmen Generalis *Verdier*, qui cum assultu in urbem irrupit, in qua octo integris diebus pugna duravit, Insurgentibus quavis domo pro propugnaculo deserviente; mansit tamen Generalis Verdier victor in ciuitate, et conabatur nexum cum agmine Generalis *Duhesme* reparare; exiecit autem, relicto in urbe praesidio, extra urbem castra posuit. Agmen Marschalli *Moncey*, quod diu ad *Cuenecam* steterat, praecessit versus urbem Valenciam, obseditque omnes montium angustias, per quas via in hanc urbem ducit. Insurgentes in ceperant cum Gallis circa traditionem orbis et provinciae tractatus, qui tamen effectu caruerunt; et cum agmen hujus Marschalli quotidie ad crescenti Insurgentium exercitui impar fuisset, tanto minus provinciam, et urbem tantae extensionis defendere potuisset, Madritum cum suis recessit, et semet Generali *Savari* adjunxit. Increcente tandem tumultu, et ipsi Metropoli periculo imminente, Rex saevius esse putavit, ad *Burgos* recedere, ibidemque exitum tragediae expectare.

Bellum in Septemtrione vix aliquid notatu dignum nobis exhibet, et jam tempus adest, ubi anni tempestas mox operationibus finem imponet; tria tamen notari possunt belli hujus resultata. 1) Quod Sveci Finnam forte in perpetuum amiserint, et in Norvegia nihil occupaverint. 2) Quod classes Anglicae contra Daniam, omnibus classicis navibus exutam, nihil proficere potuerint. 3) Quod Angli contra littora, et naves russicas nihil tentare voluerint, aut potuerint. — In S. Dominico *Christophe*, et *Petion* sunt aequae in capillis, posterior priorem ad *Morne* clade affecisse fertur. — Sua Sanctitas Pontifex pro festo Nativitatis B. M. V. indulgentias plenarias concessit.

Ser

Ebrietas.
viti
stitu
imo

His
tisci in F
mutati;
ex Histo
fecta, q
nem qua
manorum
rius etia
ingurgita
ad region
vinorum
genio Ger
vi rapi p
spirituos
vincias,
scanus,
producta
sima, qu
quam ab
vitiurum
lorum, a
Generale
Loco huj
Hist
hibuerant
regit; ex
propemo